






Bartolomeo Tarsia inv. — пы Рѣз. филипъ Маттарнови.

CONSPECTVS AEDIVM IMPERIALIS ACADEMIAE SCIENT. PETROPOLITANAE;

NEC NON

BIBLIOTHECAE

ET

TECHNOPHYLACII:

VNA CVM

SVMMARIO INDICE

RERVM ARTIFICIOSARVM

ET

NATVRALIVM

IBI CONSERVATARVM,

IN EORVM VSVS, QVI AEDES HAS INVISERE CVPIVNT.

PETROPOLI,

Typis Imperial. Academ. Scientiar. MDCCXLIV.

Breuis Notitia
de Conditione et Inſtitutis Academiae, et de Technophylacii diſpoſitione.

CVm PETRVS M. cuius ſacra inter poſteros fama viget, pro diuina et ſibi propria ſapientia, neceſſarium iudicaſſet, vt in ſuo Imperio Scientiarum atque Artium Academia inſtitueretur: Anno 1724 confectum inſtrumentum de conſilio huius rei die XXVIII. Ianuarii ab ipſo *Imperatore Auguſto* confirmatum, propriaque manu ſubſcriptum eſt.

Itaque ſtatim neceſſarii Profeſſores et Socii vndique conuocabantur; quorum etiam plerique proximo anno 1725 Petropolin aduenerunt. Quibus praeſentibus auditoria Academiae, et claſſes Gymnaſii, publicis lectionibus inaugurabantur. Anno 1726 praeſentibus cum ipſa *Auguſtiſſima Imperatrice* CATHARINA, tum Domo Imperatoria, Sancta Synodo, Miniſtris, et Ducibus militaribus, Academia primum conuentum publicum celebrauit.

Munus cuiusque Profeſſoris eſt, vt quauis hebdomade bis in priuato et ſtato conuentu Academico adſit: per quatuor dies publice, quod ſuae profeſſionis eſt, doceat; ad ſcientiarum incrementa crebras exercitationes inſtituat; noua ipſe reperiat, aut in repertis noua luce veritatem colluſtret; elaboratas commentationes edat; et, quod in

 ſua

sua scientia ipsi praecipitur, conscribat, et iuuenes suae institutioni commissos sedulo instituat. Illorum in Academicis conuentibus praelectae commentationes, in librum formae mediae, cuius titulus est: *Commentarii Academiae Scientiarum Petropolitanae*, redactae, quotannis singulis voluminibus in lingua Latina eduntur. Horum iam volumina nouem edita sunt: et praeterea varia Latina, Germanica, Russica et Gallica monumenta ingenii separatim publicata sunt.

Praeter ordinarios et praesentes, extraordinariorum quoque, quos honorarios vocant, Sociorum numerus est, quibus nihil nominatim officii iniunctum est. Qui vero pensionem ab Academia capiunt, ab illis exigitur, vt epistolas de scientiis mittant; quae ipsi noue repererunt, communicent; et suam sententiam de quaestionibus, quae illis proponuntur, rescribant.

Adiuncti, aeque ac recepti Studiosi, conuenienti salario ornantur; hinc, curantibus Professoribus, in studiis se exercere, atque demum ad ampliores Academiae gradus promoueri, possunt. Operam itaque praestant variam, tam in Gymnasio, quam in laboribus Geographicis, Astronomicis, in Bibliotheca, in Technophylacio, atque in vertendis variis libris, pro circumstantiarum exigentia.

In Gymnasio iuuenes linguis, calligraphia, arithmetica, et elementis omnium disciplinarum, vt historiae, geometriae, logicae et rhetoricae, imbuuntur; praeterea in delineandi arte et saltatione instituuntur; et haec quidem

dem omnia gratuito. Cuique discipulorum, quamdiu vult, ibi studiis vacare licet, vt nullis aliis legibus, praeterquam solemnibus eius institutis et disciplinae, obstrictus sit, et illud relinquere, vt libitum erit, delata prius discessus mentione, possit. Ex superioribus classibus Studiosi in Academiam ad altiores disciplinas percipiendas transscribuntur, vbi plenum ingenii cultum e Professorum praelectionibus capiunt.

Cum autem PETRVS M. sapientissimo animo concepisset, cum hac Scientiarum Academia aliam reliquarum artium coniungere, et necessarias eius officinas constituere, de qua re ipsius *Maximi Imperatoris* manu perscriptum monumentum, in quo huius propositi species describitur, superest; eo mox inopina morte rebus humanis erepto, hoc quidem iam deformatum opus iacuit, Academiamque iste casus artibus et earum officinis nudam destituit. Sed crebris statim experimentis cognitum est, exercitationes scientiarum, et quaesitas vtilitates, sine artium cultu et officinis emergere ex variis difficultatibus vix posse. Propterea necessitas postulauit, vt ipsius Academiae Scientiarum impensis tam desiderata instituta perficerentur, quibus *Augustissimus Imperator* nouam luculentam summam destinauerat. Et hoc quidem modo typographorum, typos fundentium, bibliopegorum, delineatorum, chalcographorum, mechanicorum, vitri politorum, lapidum incisorum, tornatorum et aliorum officinae ad Academiam Scientiarum adiectae sunt.

Omnes hae artes et opificia non in Academicos tantum vsus continuo exercentur, sed publice quoque docen-

tur. Ita in delineandi arte per hebdomada quater aliquot horis iuuenes instituuntur, qui in classes separati, in vna, aeneas tabulas et academicas delineationes; in altera, gypseas figuras; et in suprema, corpora vera et viuas imagines imitantur.

Architectura, statuaria, pictura, chalcographica, metallorum et lapidum incisio, vitri politura, et toreutica, vt et aliae artes atque opificia, veluti scriniariorum artificiosorum, et fabrorum subtilioris operis, aliorumque, ibi gratis a quouis et ipsa discuntur; vt tamen, postquam tirocinium posuit, neque ad operam Academiae praestandam, neque ad vllam postea rem, obligetur. Qui vero tirones mercedem quoque ab Academia capiunt, labores ab Academia, vel magistro, iniunctos obire adiguntur.

Bibliotheca atque Technophylacium, A. 1714 instituta, cum Academia coniuncta sunt. Primus adparatus, quo Biliotheca constituta est, circiter 2000 voluminum fuit, partim Riga, partim Moscua adlatorum. Illinc maxime Theologici libri et Iuridici, hinc plures Medici et Historici argumenti aduenerant. Anno 1715 Andreae Winii Bibliotheca, plurimum Belgica, ei adiuncta est. Anno 1718 e Pitcaerniana, et Ao. 1719 ex Areskiniana bibliotheca magnum incrementum accessit, et hi quidem libri maximam partem ad rem medicam, physicamque, et ad humanitatis, atque aliarum liberalium artium, studia pertinebant. Anno 1727 accessione Bibliothecae selectae, ipsius PETRI M. vsibus seruientis, locupletata est. Maxima pars exquisitissimi huius adparatus constabat collectionibus tabularum geographicarum maximae formae; topo-

topographiis; splendidis operibus de ciuili, militari, et nauali architectura; iisque, quae ad mechanicas et naturales res, artemque statuariam, et picturam, et praeclaras alias, spectabant. Anno 1735 rursus nouo auctu e Bibliotheca supremi ducis militiae Comitis de Bruce, quae varios Britannicos et Germanicos libros de pluribus artibus atque scientiis continebat, creuit. Reliqui veteres et noui libri ipsius Academiae procuratione indies in supplementum accessere. Ceterum aliquot conclauibus diuersis comprehensa tota Bibliotheca in quatuor partes, Theologicam, Iuridicam, Medicam et Philosophicam, distributa est: in cuius locupletatione et incrementis, quae semper accedunt, duae postremae partes plurimum respiciuntur.

Technophylacium aeque paruo fere ortu, splendido auctu, ac Bibliotheca, coaluit. A. 1714 aliquot centum in vitris conditi pisces, aues, et insecta, quae PETRVS M. in primo itinere in Belgium A. 1698 comparauerat, vt et quidam medicamentis adseruati abortus, et anatomicis vsibus praeparata corpora, illud efficiebant. A. 1716 praeclaro adparatu Alberti Sebae, tam quadrupedum, auium, piscium, serpentum, lacertarum, concharum, quam aliarum rerum naturalium ex orientali et occidentali India; praeterea et D. Gottwaldi, Gedanensis, penu minerali, egregia accessione cumulatum est. Anno 1717 celeberrimi Ruyschii thesauri anatomici, et eximia supellex papilionum et herbarum, in libris adseruatarum, insuper illati sunt. Anno 1721 dimidia pars adparatus numarii Lüderiani Hamburgo, scilicet numi aurei omnes, et argenteorum antiquorum et recentium pars; praeterea pulchra supellex physicorum et mathematicorum

rum

rum inſtrumentorum Muſchenbroekianorum; et denique conſpicua monumenta antiquitatis, et rarae artis opera, e penu Cheualierii, comparata ſunt. Anno 1725 eximiae rurſus opes illud ditarunt, cum ipſius PETRI M. theſaurus rerum naturalium, et magnus numerus pretioſorum inſtrumentorum atque machinarum, quae *Auguſtiſſimus Imperator* multis annis comparauerat, in Technophylacium migrauerunt. Anno 1727 ſplendidiſſima monumenta, ex auro, argento et gemmis, ac praeterea multitudo numiſmatum ex Imperatorio beneficio, eodem acceſſerunt. Anno 1732 effigies PETRI M. cera ad viuum ficta, vt et multa rarae artis, vel ob memoriam rerum nobilia, monumenta; praeterea Anno 1735 omnes machinae torni artificioſi cum toto adparatu ex Aula in Technophylacium transferebantur; et eodem annno Comitis de Bruce penus artificioſarum et naturalium rerum adiungebatur. Anno 1738. reliqua pars adparatus numarii Lüderiani, quae ex numis antiquis argenteis et aeneis conſtabat, emtione ex clementiſſimo mandato Imperatorio parata eſt. Quarum rerum in ſupplementa quod requirebatur paullatim per occaſionem accreuit. Totum Technophylacium in duas partes primarias diuiditur, rerum naturalium, et artificioſarum. Prior continet 1) corpora ad anatomicos vſus in medicamentis condita, quadrupedes, aues, piſces, et inſecta; 2) deinde herbas, plantas, ſemina et radices; 3) poſtremo mineras et metallorum ramenta. Alteri inſunt: 1) mathematica et phyſica inſtrumenta, atque machinae. 2) cera ducta, ſecta ex alia materia, et tornata opera artificioſa, varia genera veſtium, et adparatus rariorum rerum Chinenſium, Tataricarum, Sibiricarum

et

et aliarum gentium, picturaeque, et pretioſa ex auro, argento et alia materia ſupellex; ac 3) denique totus theſaurus numorum.

Aedes Academicae in inſula Baſilii ad maiorem alueum Neuae amnis ſitae; a ſeptentrionibus tabernas, in quibus merces e nauibus exponuntur, et ſtationem conuentus mercatorum; a meridie hiemale palatium Imperatorium, et caſtellum fabricarum nauticarum; ab oriente arcem Petropoleos, et noſocomium, et ab occidente curias collegiorum Imperialium ſpectant. Condi coeptae A. 1719 et variorum dein architectorum opera conſummatae ſunt.

In his aedibus omnia, quae ad Academiam pertinent, praeter Gymnaſium et hortum Botanicum, continentur. Ceterum ab anno 1714 ad annum 1719 Bibliotheca et Technophylacium in palatio Imperatorio aeſtiuo fuerant; poſtea vero ab anno 1719 ad 1727 omnes hae naturae atque artis opes in Kikinianis aedibus condebantur.

Summa penſionis, quae ad ſuſtentandam Academiam fundata eſt, conſtitutione Imperiali definita, reditus annuos fert Rubl. 24912. Sed numero hominum et rerum in Academia vti dictum eſt, multum aucto, quoties neceſſitas obuenit, ſemper adhuc largum pecuniae ſubſidium ex Imperatoria benignitate ſubminiſtratum fuit.

De his omnibus, quae breuiter enumerauimus, plenior notitia ex accurata recenſione totius Academiae, et partium eius, peti poteſt.

B Tab.

Tabula I.

Ichnographia Metropoleos Imperialis Petropolitanae.

A. INSVLA PETROPOLITANA.

1. Arx Petropolitana cum munimentis.
2. Coronatum munimentum.
3. Locus, vbi prius veteres tabernae erant.
4. Macellum.
5. Diuerſoria.
6. Forum olitorium.
7. Templum St. Petri et Pauli.
8. Templum vetus Metropolitanum S.S. Triadis
9. Templum adſcenſionis Mariae.
10. Templum St. Apoſt. Matthaei.
11. Templum introductionis in ſanctuarium beatae Virginis.
12. Templum auguſtae claritatis in Chriſto manifeſtae.
13. Hortus pharmacopoeorum.
14. Inſula Kreſtowskoi, ſiue St. Crucis.
15. Inſula Kamennoi, ſiue ſaxoſa.
16. Inſula Petrouienſis.

B. REGIO ADMIRALIT. ſ. THALASSIARCHIAE.

1. Palatium Imperatorium aeſtiuum cum horto.
2. Palatium vetus hibernum.
3. Nouum palatium Imperatorium hibernum.
4. Admiralit. ſiue arx thalaſſocratica.
5. Stabulum aulicum.
6. Habitacula ſtabularii famulitii.
7. Noua Hollandia cum officina rudentum.
8. Horrea, in quibus roboreae trabes nauibus conſtruendis deſtinatae conduntur.
9. Triremium fabrica.
10. Horreum frumentarium ad vſus rei nauticae operarum.
11. Viuarium et venatio.
12. Aedificium ad citros et peregrinas arbores horti aulici ſeruandas.
13. Stabulum elephantorum.

14. Via

14. Via proſpectu recto et patulo ad Monaſterium Nevski ducens.
15. Tabernae nouae.
16. Forum.
17. Area, cuius aedificia incendium abſumſerat, quae nunc lapide ibi inſtaurantur.
18. Villae amoenitatis cauſa exſtructae.
19. Via proſpectu recto et patulo media.
20. Similis via ad templum adſcenſionis Chriſti.
21. Area adſignata habitationi operarum nauticarum.
22. Turris vnde in omnes partes quam longiſſime proſpectus patet
23. Officina membranae.
24. Krugloi Oſtrow, ſiue, quae vocatur, inſula rotunda.
25. Templum St. Iſaaci Dalmatici.
26. Templum natalis Beatae Virginis.
27. Templum adſcenſionis Chriſti.
28. Templum Germanicum St. Petri Lutheranum.

C. REGIO MOSCVENSIS.

1. Fabrica nautica priuata.
2. Horreum cibarium et frumentarium aulicum.
3. Templum Martyris Pantaleontis.
4. Templum Simeonis et S. Annae vatis.
5. Viuarium Phaſianorum.
6. Hortus Italicus.
7. Officina, vbi tormenta funduntur.
8. Officina, vbi adparatus ignium artificioſorum conficitur.
9. Stabula praetorianorum equitum.
10. Habitationes praetorianorum equitum.
11. Monaſterium St. Alexandri Newskienſis.
12. Moſcuenſe ſuburbium.
13. Aquaeductus ad ſalientes fontes in hortu Imperat.

D. REGIO WIBVRGENSIS.

1. Maior Ochta.
2. Templum St. Triadis.
3. Vetus Caſtellum Alexandri, ſiue rudera Nienſcantiae.
4. Minor Ochta.

5. Se-

5. Seminarium quercuum.
6. Kaſatſchia Slaboda, ſiue Coſaccorum ſuburbium.
7. Officina rudentum.
8. Taberna Hollandica, in qua cereuiſia coquitur.
9. Noſocomium terreſtrium et naualium copiarum, cum Templo noſocomiorum.
10. Tabernae, ſiue coquina ſacchari.
11. Coemeterium Germanorum.
12. Templum Simſonis et coemeterium Ruſſicum.
13. Habitationes Sinaeuenſis cohortis.

E. INSVLA BASILICA.

1. Pons ratibus conſtratus in hanc inſulam.
2. Collegiorum ſiue tribunalium Baſilicae.
3. Academia Scientiarum cum Bibliotheca et Gazophylacio.
4. Theatrum ignium artificioſorum.
5. Tabernae, quibus merces recipiuntur, et curia ſtationis mercatorum.
6. Baſilica portorii colligendi.
7. Pons, ad quem ſubductae mercatoriae naues merces deponunt.
8. Receptaculum cannabis.
9. Palatium iuuentutis equeſtris, quae ad militiam inſtituitur.
10. Via magna proſpectu recto et patulo ad portum triremium ducens.
11. Similis via minor.
12. Portus triremium.
13. Templum St. Andreae.
14. Sinus Cronſtadienſis.
15. Academia naualis.

Tabula II.

Ichnographia Aedium Academiae Scientiarum.

A. Atria primae et ſecundae contignationis.
C. D. Auditoria.

E. F. G.

E. F. G. Auditoria ad inſtituenda experimenta phyſica, in quorum Cam. E. diſtributa ſunt inſtrumenta optica, et quae pertinent ad ignem, calorem, et frigus.

In Cam. F. *Scrin. I.*

Inſtrumenta experimentis mechanicis inſeruientia.

Scrin. II.

Vaſa recipientia, et alia ad antliam pneumaticam pertinentia.

Scrin. III.

Inſtrumenta experimentis hydroſtaticis inſeruientia.

Scrin. IV.

Inſtrumenta hydraulica et magnetica.

Scrin. V.

Inſtrumenta acuſtica, electrica et de attractione.

Scrin. VI.

Varia ad antliam pneumaticam pertinentia.

Cam. G. continet varias machinas ad diuerſos vſus deſtinatas.
H. Muſeum conuentibus Academicis deſtinatum.
I. Tabularium.
K. Oecus maior.
L. M. Tablinum geographicum.
N. O. P. Conclauia eorum, qui figuras delineant, vel aeri incidunt.
Q. R. Conclaue, in quo tabulae aeri inciſae in charta exprimuntur.
S. T. U. Officina tornatoria.
W. X. Y. Z. Officina, in qua mathematica et phyſica inſtrumenta conficiuntur.
AA. BB. Officina, in qua litterarum typi funduntur.
CC. DD. EE. Officina libraria.
FF. GG. HH. II. KK. LL. MM. } Officina typographiae.

Tabula III.

A. *Orthographia aedium academicarum ortum verſus.*
B. *Orthographia aedium academicarum occidentem verſus.*

Tabula

Tabula IV.

A. *Orthographia externa aedium acad. meridiem versus.*
B. *Orthographia interna aedium orientem versus.*
C. *Orthographia interna aedium meridiem versus.*
D. *Orthographia interna tabernae librariae et oeci maioris meridiem versus.*

Tabula V.

Ichnographia Bibliothecae et Gazophylacii rerum naturalium et artificiosarum.

A. Vestibula.
I. XI. Scalae.
B. C. D. Apotheca librorum in Academia editorum.
E. F. Officina bibliopegorum.
G. Museum Bibliothecarii suffecti.

Scrin. I.
Catalogi Bibliothecae Imperialis Petropolitanae.

Scrin. II.
Catalogi rerum naturalium et artificiosarum in Museo Imperiali contentarum.

Scrin. III.
Diaria Bibliothecae et Musei Imperialis, nec non alia ad historiam litterariam spectantia.

Scrin. IV.
Catalogi Bibliothecarum et Museorum extraneorum.

H. Pars prima Bibliothecae, in qua conduntur libri sequentes.

Scrin. I. —— V.
Historia Litteraria.

Scrin. VII. —— XI.
Philosophi antiqui et recentiores.

Scrin.

Scrin. VI. VIII. IX. X.
Scriptores iuris naturalis et gentium, ethici, politici &c.

Scrin. XII. et XIII.
Libri Mathematici in genere.

Scrin. XIV. —— XVII.
Grammatici et Lexicographi.

Scrin. XVIII. —— XXI.
Critici et operum collectores.

Scrin. XXII. XXIII.
Antiquarii et rei numariae scriptores.

Scrin. XXIV. XXV.
Oratores, Rhetores, et Epistolographi.

Scrin. XXVI. —— XXVIII.
Pöetae Latini, Germanici, Gallici, Graeci, &c.

Scrin. XXIX. —— XXXI.
Historia vniuersalis, Chronologia et Geographia.

Scrin. XXXII. —— XXXIV.
Historia Ecclesiastica.

Scrin. XXXV. XXXVI.
Historia Graeca antiqua, Persica et Byzantina.

Scrin. XXXVII XXXVIII.
Historia Romana antiqua et noua.

Scrin. XXXIX. et XL.
Historia Imperii Romano-Germanici cum Iure publico S. R. I.

Scrin. XLI. LXII.
Historia Portugalliae, Hispaniae et Italiae.

Scrin. XLIII.
Historia Galliae.

Scrin. XLIV.
Historia Magnae Britanniae.

Scrin. XLV. XLVI.
Historia Belgii.

I. Mu-

I. Museum Bibliothecarii.

Scrin. I.

Libri Manuscripti Graeci et Latini.

Scrin. II. et III.

Libri Manuscripti Gallici, Germanici &c.

Scrin. IV.

Manuscripta Arabica, Tattarica, Persica, Turcica &c.

K. Conuentus interpretum Russicorum.

L. M. N. O. Archigrammatium.

P. Pars secunda Bibliothecae.

Scrin. I. — VIII.

Libri Medici, Chirurgici, Anatomici, Pharmaceutici et Chymici.

Scrin. IX. — XI.

Scriptores Historiae Naturalis.

Scrin. XII. — XIV.

Itineraria et exotica.

Scrin. XV. — XIX.

Libri Iuridici.

Scrin. XX. — XXII.

Libri Theologici.

Q. Apotheca librorum et tabularum in Academia aere expressarum, quae donis destinatae sunt.

R. Apotheca librorum, quorum bina sunt exemplaria, vel quibus plagulas desunt.

S. T. Libri miscelli, et quorum vsus publice prohibetur.

U. Camera obscura, in qua continentur instrumenta mere optica ad instituenda experimenta omnia Grauesandiana de luminis proprietatibus variis, et coloribus.

W. Pars tertia Bibliothecae.

Scrin. XVIII. XIX.

Historia Septentrionalis.

Scrin. XVII.

Libri Genealogici et ordinis equestris scriptores.

Scrin.

Scrin. XVI.

Artes, oeconomia, horticultura, agricultura &c.

Scrin. XV.

Architectura militaris, pyrotechnia, ars militaris et exercitia militaria.

Scrin. XII. — XIV.

Icones variaeque figurae aeri incisae, ars delineatoria, pictura et sculptura, ars symbolica, architectura ciuilis et naualis, gnomonica, optica, mechanica, hydraulica &c.

Scrin. IX. — XI.

Atlantes et libri topographici.

Scrin. VIII.

Libri Arabici, Turcici, Persici &c.

Scrin. V. — VII.

Libri Chinenses.

Scrin. IV.

Libri Ruthenici typis Academiae impressi.

Scrin. I. — III.

Libri Ruthenici extra Academiam impressi.

Scrin. XX. — XXII.

Libri Ruthenici manuscripti.

X. Globus Gottorpiensis et instrumenta arithmetica, geometrica, architectonica, optica et alia hinc et inde in scriniis distributa.

Y. Obseruatorium astronomicum inferius.

Z. Obseruatorium magnum superius.

AA. Obseruatorium superius paruum cum laterna, quam vocant, astronomica.

BB. Opera artificiosa et res rariores.

Scrin. I. — III.

Plasmata et cera ficta opera.

Scrin. IV. — VI.

Caelo vel scalpello expressa opera.

C

Scrin.

Scrin. VII. VIII.

Toreumata.

Scrin. IX. —— XIX.

Adparatus rerum Scythicarum, Chinenſium, Indicarum et quaecunque orientalium et ſeptentrionalium gentium in veſtimentis, armis, ſupellectile, idolis, et aliis inſtrumentis, cognitu digna ſeruantur.

Scrin. XX. —— XXII.

Adparatus peregrini miſcelli.

GG. HH. II. Supellex inſtrumentorum, quibus PETRVS I. tornauit caelauitque.

KK. Effigies eiusdem cum veſtitu, et aliis quibusdam rebus, ab ipſo vſurpatis. NB. Caetera, vt picturae, opera pretioſa et numi, aſſeruantur cameris SS. TT. VV.

LL. Animalia quadrupedia, aues et plantae.

In Porticu media et in Scrin. XV. —— XXII.

Animalia quadrupedia.

Scrin. IV. —— VIII.

Aues, earum nidi et oua.

Scrin. IX. X. pars inferior.

Herbarium Ruyſchianum methodo Tourneſortiana diſpoſitum.

Scrin. XI. pars inferior.

Stelleri Flora Ircutenſis: Gmelini primum et ſecundum herbarium, nec non tertii aliqua pars.

Scrin. XII. pars inferior.

Plantae reliquae herbarii tertii Gmeliniani. Item herbarium ab Heinzelmanno per Tattariam et Sibiriam, praeſertim circa Oropolin et vrbem Samaram ad Wolgam, collectum.

Scrin. IX. —— XIV. pars ſuperior.

Plantae ſubmarinae, vti lithophyta, corallia, madreporae &c.

Scrin. I. —— III.

Materia medica.

MM. Circuitus ambiens theatrum anatomicum.

Scrin.

Scrin. I. —— VII.

Oſſa, cornua et dentes animalium quadrupedum.

Scrin. VIII.

Sceleton ſtruthiocameli.

Scrin. IX. —— XI.

Sceleton balaenae.

Scrin. XII. —— XIX.

Sceleta animalium quadrupedum.

NN. Theatrum anatomicum.

In Scriniis I. —— XII.

diſtributa ſunt praeparata anatomica in eodem theatro facta.

In conclauibus XIII. —— XV.

adſeruantur inſtrumenta anatomica, et reliqua ad ſectiones anatomicas neceſſaria.

OO. Celeberrimi Ruyſchii theſauri anatomici, amphibia, piſces et inſecta.

Scrin. exteriora I. II.

Theſaurus de cute.

Scrin. III.

Theſaurus de myologia.

Scrin. IV. V.

Theſaurus de cerebro.

Scrin. VI.

Theſaurus de ſenſibus.

Scrin. VII.

Theſaurus de pulmone et corde.

Scrin. VIII. IX.

Theſaurus de ſtomacho, inteſtinis et eo pertinentibus.

Scrin.

Scrin. X.

Thesaurus de hepate, splene et pancreate.

Scrin. XI.

Thesaurus de renibus, et vesica vrinaria.

Scrin. XII.

Thesaurus de genitalibus maris.

Scrin. XIII.

Thesaurus de partibus genitalibus foeminae.

Scrin. XIV.

Thesaurus de inuolucris foetuum et eo pertinentibus.

Scrin. XV. XVI.

Thesaurus de embryonibus et foetibus.

Scrin. XVII. XVIII.

Thesaurus de affectibus corporis humani morbosis, et monstris.
Thesaurus osteologicus hinc et inde distributus est.

Scrin. interiora VII. VIII.

Ranae et testudines.

Scrin. I. XX. —— XXIV.

Lacerti.

Scrin. XII. —— XVIII.

Serpentes.

Scrin. II. —— V. IX. —— XI.

Pisces.

Scrin. VI. *et* XIX.

Insecta.

PP. QQ. RR. Penus metallorum in ramentis et silicibus.

Scrin. I.

Terrae, argillae et margae, item pyritae, minerae vitrioli et aluminis, sulphura, bitumina, cobaltum et eius praeparata.

Scrin.

Scrin. II.

Minerae marcasitaceae et bismuthi, antimonium, auripigmentum, salia et minerae stanni.

Scrin. III. *in medio.*

Typus metallifodinae.

in parte sinistra.

Minerae cinnabarinae.

in parte dextra.

Aurum et eius minerae.

Scrin. IV.

Cuprum et eius minerae.

Scrin. V.

Minerae plumbi et argenti.

Scrin. VI.

Minerae ferri.

Scrin. VII.

Lapides pretiosi et marmora.

Scrin. VIII.

Lapides rudes maiores.

Scrin. IX. X.

Petrefacta, et lapides in animalium intestinis nati.

Scrin. XI.

Crystalli montanae et quarzum.

Scrin. XII. —— XVI.

Lapides, terrae, minerae &c. in Russia, Sibiria et Tattaria reperta.

Scrin. XVII.

Conchylia.

SS. Thesaurus numismatum.

Scrin. I.

Numi antiqui Romani et Graeci.

Scrin. II. III.

Numi recentiores Imperatorum, Regum, Ducum, Rerumpublicarum, Vrbium, Virorum illustrium &c.

Arcula

Arcula No. 4.

Numi ex aere, opera Maugeri et aliorum artificum, ſub auſpiciis Academiae Inſcriptionum Pariſinae cuſi, res memorabiliores Ludouici XIV. Franciae et Nauarrae Regis exhibentes, ab A. 1638 ad Annum 1700.

Arcula No. 5.

Series Pontificum a Chriſto, eccleſiae capite, vsque ad Clementem XI. cura Lauſſeri ex aere.

Arcula No 6.

Numi Punici, Gothici, Hebraici, Indici &c.

Arcula No. 7.

Numi Arabici literis Cuficis, item Tattarico-Arabici.

Arcula No. 8.

Numi Tattarici, Perſici et Turcici

TT. Theſaurus operum aureorum et argenteorum, gemmarumque.

No. 1.

Arca Iaponica ex ebore ſecta et perforata, ſeptemque capſulis exemtilibus inſtructa, in quibus conduntur pugiones aurei antiqui Tattarici, Perſici et Indici, armillae, monilia, diademata et bracteae, ad equeſtrem ornatum pertinentes, ex auro puro et ſolido.

No 2. *Scrin. I.*

Varia vtenſilia Scythica, vaſa, ſimulacra animalium, et alia ad vſum domeſticum et ornatum muliebrem pertinentia ex auro, argento et lapidibus pretioſis, e tumulis ſepulchralibus, vti praecedentia, eruta.

No. 3. Scrin. II.

Pretioſa diuerſi generis ex auro, argento et lapidibus facta, vti ſcyphi, vaſa potoria, et cochlearia, claues vrbium expugnatarum &c. item iaspides politi Sibirienſes, et manubria cultrorum ex iaspide et ſuccino.

No. 4. 5. 6.

Tres arculae ex ebore ſectae, in quarum vna conduntur gemmae inciſae, in reliquis vero alia curioſa.

No. 7.

Arcula ex ebeno confecta, et laminis argenteis munita, in qua adſeruantur vaſa argentea inaurata, cum omni adparatu, quo pharmacopolae vtuntur in diſpenſandis medicamentis.

No. 7.

No. 8.

Arcula ſimilis priori, tabulis pictis elegantiſſimis, quae proſpectum terrarum exhibent, ornata.

VV. Pinacotheca paruarum tabularum, quae coloribus aqua dilutis pictae ſunt, et picturarum, in quibus res Gazophylacii naturales et artificioſae ſpectantur.

No. 1.

Picturae ſubtiliori lumine, et coloribus aqua dilutis, confectae.

No. 2.

Icones pictae rerum, quae in Academiae theſauris inſunt.

No. 3.

Libri, in quibus archetypae picturae continentur; item tabulae aere expreſſae et coloribus ornatae.

Tabula VI.

Orthographia externa aedium, quibus Bibliotheca, et Gazophylacium rerum naturalium et artificioſarum continentur, ortum verſus.

Tabula VII.

Orthographia interna Bibliothecae et Gazophylacii rerum natur aliumet artificioſarum, ortum verſus.

Tab. VIII.

A. *Orthographia externa aedium, quibus Bibliotheca et Gazophyl. rer. nat. et artificioſ. continentur, meridiem verſus.*

B. *Orthographia interna penetralium Biblioth. ſeptentrionem verſus.*

C *Orthographia interna penetralium Gazophyl. meridiem verſus.*

Tabula

Tabula IX.

Orthographia interna Gazophylacii rer. nat. et artific. in contignatione prima.

A. Armarium adparatus anatomici Ruyſchiani.

B. Armarium, in quo ſerpentes, piſces et inſecta, aromatibus condita, ſeruantur.

Tabula X.


Delineatio penetralium porticus intra aedes, et Gazophylacii rer. nat. et artif. ſecundae et tertiae contignationis, ortum verſus.


Tabula XI.

Orthographia interna penetralium Gazophylacii meridiem verſus.


Tabula XII.


Sciagraphia penetralium Bibliothecae in ſecunda et tertia contignatione.





Tab. I.



ПЛАНЪ
Императорскаго
СТОЛИЧНАГО ГОРОДА
САНКТПЕТЕРБУРГА
17 Plan 37
der Kayserlichen
Residentz Stadt
St. PETERSBURG.
Малая Нева
Kleine Newa
Der Grosse Newa Strohm
Фонтанка Fontanka fl.
100 200 300 400 500 600
Саженъ oder Faden
A. Петербурской Островъ
B. Адмиралтейской Островъ
C. Московская сторона
D. Выборская сторона
E. Васильевской Островъ.
A. Die Petersburgische Insül
B. Die Admiralitäts Insül
C. Die Moskovische Seite
D. Die Wiburgische Seite
E. Basilii Insul.
A. L'Isle de Petersbourg.
B. L'Isle de l'Amiraute'
C. Le quartier de Moskou
D. Le quartier de Wiburg
E. L'Isle de St. Basile
A. Insula Petroburgica
B. Insula Admiralitatis
C. Pars Mosquensis
D. Pars Wiburgensis
E. Insula St. Basilii.






Планъ Императорской Академiи наукъ	Grundriſs von der Kayserlichen Academie der Wiſsenschafften	Plan de l'Academie des Sciences de Sa Maj. Imp.	Ichnographia ædium Academiae Scientiarum


Tab. III.
B
5 10 20 30 40 50 100
Аглинскіе футы.
Engl. Schue.
Pieds d'Angleterre.
Pedos Anglici.
A
A. Фасадъ Академіи наукъ на востокъ.
B. Фасадъ Академіи на западъ.
A. Aufriss von der Academie der Wissenschafften gegen Morgen.
B. Aufriss von der Academie gegen Abendt.
A. Elevation de la Facade de l'Academie des Sciences vers l'orient.
B. Elevation de la Facade de l'Academie des Sciences vers l'occident.
A. Orthographia externa ædium Academicarum ortum versus.
B. Ortographia externa ædium Academicarum occidentem versus.
C. A. Wortmann sculpsit.


Tab. IV.
C
A
D
5 10 20 30 40 30 100
Аглицкие футы.
Engl. Schuhe.
Pieds d'Angleterre.
Pedes Anglici.
B
A. Фасадъ Академїй наукъ на полдень.
B. Профиль. Академїй наукъ на востокъ.
C. Профиль на полдень.
D. Профиль книжнойлавки и залы конференцїй на полдень.
A. Aufriss von der Academie der Wissenschafften, gegen Mittag.
B. Durchschnitt der Academie der Wissenschafften gegen Morgen.
C. Durchschnitt gegen Mittag.
D. Durchschnitt von dem Buchladen und dem grossen Saal, gegen Mittag.
A. Elevation de la Façade de l'Academie des Sciences, vers le midy.
B. Coupe de l'Academie des Sciences vers l'orient.
C. ——— vers le midy.
D. Coupe de la Librairie & du Salon, vers le midy.
A. Orthographia externa ædium Academicarum, meridiem versus.
B. Orthographia interna ædium, orientem versus.
C. ——— meridiem versus.
D. Orthographia interna tabernæ librariæ, et oeci majoris, meridiem versus.
Грыд. Иванъ Соколовъ.




Планъ Императорской Библïотеки и Кунсткамеры.

Grundriſs von der Kayſerl. Bibliothec und Kunstkammer.

Plan de la Bibliotheque et des Sales des raretés de S. M. Imp.

Ichnographia Bibliothecæ et Gazophylacii rer. nat. et artificiosaru.



Tab: VI.

5 10 20 30 40 50 100

Аглинскїе футы.
Engl. Schuhe.
Pieds d'Angleterre.
Pedes Anglici.

Фасадъ Императорской Библїотеки и Кунсткамеры на востокъ.

Aufriss von der Kayserlichen Bibliothec und Kunstkammer, gegen Morgen.

Facade de la Bibliotheque & des Sales des raretés, vers l'orient.

Orthographia externa aedium, quibus Bibliotheca, et Gazophylacium rerum naturalium et artificiosarum continentur, ortum versus.

Грид. Григ. Качаловъ.

Tab: VII.

5 10 20 30 40 50 100 Аглицкие футы.
Engl. Schuhe
Pieds d'Angleterre.
Pedes Anglici

Профиль Библиотеки и Кунсткамеры на востокъ.

Durchschnitt von der Kayserlichen Bibliothec und Kunstkammer, gegen Morgen.

Coupe de la Bibliotheque & des Sales des raretés, vers l'Orient.

Orthographia interna Bibliothecæ & Gazophylacii rer: nat et artificios. ortum versus.

Грид. Григ. Качалопъ.





A. Фасадъ Библïотеки и Кунсткамеры на полдень.
B. Профиль Библïотеки на полночь
C. Профиль Кунсткамеры на полдень.

A. Aufriss von der Bibliothec und Kunstkammer, gegen Mittag.
B. Durchschnitt von der Bibliothec, gegen Mitternacht.
C. Durchschnitt der Kunstkammer, gegen Mittag.

A. Façade de la Bibliotheque & des Sales des raretés, vers le Midy.
B. Coupe de la Bibliotheque, vers le Nord.
C. Coupe des Sales des raretés, vers le midy.


A. Orthographia externa ædium, quibus Bibliotheca, et Gazoph: rer: nat: et artif: continentur, merid: versus.
B. Orthographia interna penetralium Biblioth. Septentrionem versus.
C. Orthographia int. penetral. Gazoph. meridiem versus.



Tab. IX.
A
20 Аглицкие футы
Engl. Schuhe.
Pieds d'Angleterre.
Pedes Anglici.
B
Профиль второй залы съ Кур̈іозными вещьми въ первомъ апартаментѣ.
A. Шкафы съ анатомическими вещьми господина Руиша.
B. Шкафы въ которыхъ хранятся всякія рыбы, ящерицы и инсекты.
Durchschnitt von dem andern Naturalien Saal in dem ersten Stockwerck.
A. Behältnisse der Ruyschischen Præparaten
B. ___ Der Fische Schlangen, Eydexen und Gewürme.
Coupe de la Sale des raretés du premier etagé.
A. Armoires, où se conservent les pieces d'Anatomie de Mr. Ruysch.
B. ___ des poissons & des insectes.
Ortographia interna Gazophylacii rer: nat: et artif: in contignatione prima.
A. Armarium adparatus Anatomici Ruyschiani.
B. Armarium, in quo Serpentes, Pisces et insecta, aromatibus condita, servantur.



Профиль Галереи и первой залы съ курiозными вещми по второмъ апартаменте на востокъ.	Durchschnitt von der Gallerie, und dem 1ten Naturalien Saal, in dem andern und dritten Stockwerck, gegen Morgen.	Coupe de la Gallerie & de la Sale des raretés du second & du troisieme étage, vers l' Orient.	Delineatio penetralium porticus intra ædes, et Gazophylacii rer: nat: et artif: secundæ et tertiæ contignationis ortum versus.

Грыд. Иванъ Соколовъ.






Профиль Кунсткамеры на полдень.


Durchschnitt der Kunstkammer gegen Mittag.

Coupe des Sales des raretés vers le Midy.

Orthographia interna penetralium gazophilacii Meridiem versus

Грыд. Андр. Полянопъ.





Перспективной видъ Библіотеки втораго и третяго апартаментовъ.


Perspectivischer Aufriss von der Bibliothec des zweiten und dritten Stockwercks.

Prospect de la Bibliotheque qui est au second et troisieme Etage.

Sciagraphia penetralium Bibliothecæ in secunda et tertia contignatione.

1 2 3 4 8 12 16 | 1 | 2 | 3
Саженъ
Fadens.

Girolamo Bon delineavit Petropoli. C. A. Wörtmann sculpsit.



Russia

I Topogr.

